



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

XXII. Quod raptore careant ecclesiastica sepultura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

56 SIXTVS P. IV. CONCILIVM FRIDERICVS III. IMP.
HENRICVS IV. R. CASTELLÆ.

spectantium de iure seu consuetudine , per se vel
per alios , publice vel occulte , direc^te vel indirec^te , aut quoquis quæsito colore impediāt , seu im-
pediri faciant , quo minus nos prælati nostræ pro-
uinciæ , ecclesiæ , decani & capitula , & aliæ ecclesi-
sticæ personæ , & fructuum prædictorum arren-
datores , possint & valeant de ipsis libere vti & gau-
dere . Contrarium vero facientes , si magistri , du-
ces , marchiones & comites fuerint , & infra quin-
decim dies , postquam eamdem prohibitionem
fecerint , aut fieri iusserint , non reuocauerint , &
libere fructus , decimas atque primitias , & alios ec-
clesiasticos redditus huiusmodi ab eorum domi-
niis & districtibus extrahi non permiserint , ex-
communicationis sententiam ipso factō incurvant :
eademque sententia ceteri inferiores prædicti in
præmissis culpabiles etiam innoden^tur , si infra sex
dies ab eadem publicatione , vt præmittitur , nu-
merandos , reuocationem & liberam permissio-
nem præfatis non fecerint realiter & cum effectu ,
terræque ipsorum dominorum & magnatum , &
loca vbi huiusmodi prohibitiones fieri contigerit ,
tamdiu ecclesiastico subiaceant interdicto , donec
a præmissis desistentes , & arbitrio prælati satisfa-
cientes , beneficium absolutionis & interdicti re-
laxationem obtainere mereantur .

XXII.

Raptores , quos diuinus timor a malo non reuo-
cat , temporali saltem poena merito sunt puniendi .
Ideoque sacro approbante Concilio statuimus ,
vt tales scelerati quamdiu ab hac luce migrauerint ,
eccl-

ANNO CHRISTI
1473 ecclesiastica careant sepultura. Si vero fuerint se-
pulti , exhumentur , etiamsi huiusmodi raptore
ante obitum pœnitentiæ sacramentum receperint,
& de rapinis satisfecerint : nec pro eis diuina di-
cantur, aut oblationes admittantur. Adiicientes ni-
hilo minus , quod famosi aut publici raptore vltra
pœnas prædictas ipso iure sint intestabiles , nec ex
testamento capere possint : filiique eorum sint in-
habiles ad beneficia ecclesiastica obtainenda. Cle-
ri vero hanc nostram constitutionem infringen-
tes , quinque florenorum pœnam incurvant pro
expensis Concilii , alias & superioris arbitrio pu-
niendi.

XXIII.

Quia vna & eadem est sancta mater ecclesia ,
statuimus sacro approbante Concilio , vt si super
fractione , violatione aut derogatione libertatis seu
immunitatis ecclesiæ , & bonorum immobilium ec-
clesiarum occupatione , prælatus seu officiales vel
vicarii aliquem excommunicauerint , & voluerint
quod huiusmodi excommunicatio in aliis dioce-
sibus obseruetur ; tunc episcopi qui per eum fue-
rint requisiti , receptis literis suis , illas pro plena
probatione quantum ad hoc habentes , nulla par-
tis allegatione vel exceptione admissa , teneantur
excommunicationem prædictam in suis dioce-
sibus obseruare , & obseruari facere & publicari. Si
tamen decreuerit ad interdictum procedere , qua-
lecumque tale sit interdictum , & voluerit quod alii
prælati illud obseruent , vtputa quia delinquens
declinat ad eorum dioeceses , vel habet in eisdem

Concil. Tom. 34.

H